Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

pplʒ iudaicus humanitatem filii dei refu
git. Moyses caudam serpentis apphendit.
que uirgę speciem resumit. quia pplʒ iuda
icus diuinitatis et humanitatis xpi fidem
in fine apphendit. Moyses agnum im
molat. cuius sanguine postes domorum
et suplimina mart consignat. quia xpc
qui est agnus dei patris. seipsum hos
tiam offert in ara crucis. cuius mysterio
crucis frontes fidelium consignant. eoq;
animę et corpora eorum ab eternę mortis
piculo conseruantur. Hoc est qua agnus
immolatur. plebs hebraica a captiuitate
eripitur. quia p xpi passionem et resurrec
tionem ab eterna morte genus humanum
redimit. Moyses uirga mart percutit. ei
usq; diuisione pplm transducit. quia
xpc p passionem crucis suis fidelibus per
mortem carnis ad uitam transitum facit.
Moyses lignum in aquam mittit. quo earu
amaritudinem in dulcedinem uertit. quia
xpc ligno sue crucis amaritudinem mor
tis suis fidelibus tollit. Moyses manus
in sublime erigit. et amalech uincit. quia
xpc dum suas in cruce manus extendit.
auctorem et incentorem omnium uitiorum
pimit. quem amalech exprimit. Moyses
in deserto uirga bis silicem percutit. et aqs
dicit. quia xpc duo ligna crucis compin
git. cuius redemptione mundi sitim re
stinguit.

Barach procedat. et crucis mys
terium dicat. Qui dum hortatu debbore
ad pugnam se accingit. iahel uxor aber
cinei clauum tabernaculi malleo supposi
to. sisare capiti impingit. quo crucis for
mam depingit. Barach enim fulgurans
dicitur. p quem timor dei exprimitur.
qui p debboram accingitur. que auis p
eloquentia dicit. quia timor dei p scam
scripturam instruitur. que p debboram
exprimitur. Iahel que incipiens dicit.
que uxor aber scribitur. qui committens
uel luctus interpitatur. qui cineus idest
possessor uocatur. typum continentiu
exsequitur. qui uinculo obedientię qsi
matrimonio doctorū astringuntur.
qui p aber pliantem uel lugentem ex
primunt. Iahel clauum tabernaculi tollit quo
malleo supposito caput sisare configit.
quia uita continentiu p mortificatio
nem crucis. suggestionem diaboli trans
figit. Sisara extinguitur. qui exclu
sio gaudii dicit. quia diabolum qui
ab eterno gaudio rpbos excludit. mys
terio crucis extinguit.

Gedeon ille bellicosus. pcedat. et
suo illo mirabili tropheo passionis
uel crucis xpi triumphum exponat.
Qui cum adhuc esset in effra. que est fa
milię chri. nocte illa dixit dns ad eum.
Tolle thaurum patris tui. et alterū thau
rū annorum septem. destruesq; aram
baal. que est patris tui. et nemus quod
circa aram est succide. et edificabis alta
re dno deo tuo in sumitate petre huius.
sup qua ante sacrificium posuisti. tol
lesq; thaurum sedm. et offeres holocaus
tum sup lignorū struem. que de nemo
re succideris.

Gedeon circuiens in utero dicit.
p quem ille exprimit. qui cum in
utero uirginis de spiritu sancto conci
pitur. maiestatis sue circuitu celum et